# ANDREAE ANIGNONI IVRE CONSVLTI, BONONIENSISQVE HIſpanorum collegii ſodalis ad Titulum de actionibus inſtitutionum diſputationes,

Quibus ea ſolum excutiuntur. quæ à Doctoribus hactenus aut omiſſa, aut minus perfecte explicata ſunt.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

# GENEROSO VIRO ANTO NIO MANRIQVE A VALEN tia Bononienſis Hiſpanorum colle gii Rectori Andreas, Anigno- nus. S. D.

REM ſanè difficilem ac periculoſam audentẽ me vir clariſſime in non modicum honoris mei diſcrimen incidere vel facile poſſe intellexi, niſi aliquem mihi rerũ mearum defenſorem inuenirem, quem magnam apud doctos grauesq; viros authoritatem, ſtudiorumque meorum fiduciã habere cognoſcerem, futurũ enim, vt inſtitutum hoc noſtrum àvariis hominum calumniis defenderetur. Cum itaq; te ta-

# ANDREAE ANIGNONI IVRE Conſulti Hiſpani, Ad Titulum de actionibus inſtitutionum diſputationes incipiunt.

## Ad principium.

### Vtrum actio ius potius, quam factum ſigniſicet. Cap. I.

DISPVTATVrus multa, quæ ſub titulo de actionibus inſtitutionum ab alijs minime tractata ſeu minus perfecte aut perperam explicata continentur, idcirco a definitione, unde hæc pendet diſputatio, exordiendo ea ſolum excutiam, in quibus noſtra opera utilis potius, quam ſuperflua uideatur. cum itaq; actionem Cel. in. l. nihil. ff. de act. & ob. & Iuſtinianus hic nihil aliud eſſe tradiderint quã ius perſequẽdi in iudicio quod ſibi debetur, illud ante omnia dubitationẽ recipit, quod actionem ius eſſe dixerint. nam id contra huius nominis, quod uerbale eſt, naturam eſſe uidetur. Solent enim uerbalia nomina factum potius, quam ius ſignificare, quamobrem Gaius. l. vij. ff. de cura. furio. ſolutionem, uẽditio

# LECTORI

PROFECTVRVS *confeſtim in Hiſpanias Lector optime, ut quædam noſtri collegij mandato negocia gererem, non potui errata huius uoluminis, ſi qua eſſent, omnino ac diligenter inſpicere. cuius rei & ſi me admodum pœnituerit, tua tamen humanitas dolorē meū magna ex parte interemit. Confido enim te multa excuſſoris uicio facta eſſe, multa etiam obliuione quadam potius quàm alio defectu omiſſa facile cogniturum. nam in pagina 14 in fine ubi ſcriptum eſt, Vtrum actiones, quæ ex contractu, illud uerbum, quæ, & illud ſignū præcedens.,. ſuperflua ſunt. item & in pagina 6 linea 9 eſt quidquiā pro quidpiam. & in pagina 63 linea 4 eſt utiq; pro cuique.*

*Alia id genus inuenies. quæ leuiora ſunt, quàm quod huius operis authorē nota dignū exiſtimes. Cæterū, quod pertinet ad iniſtituti noſtri ſubſtantiam, malo tuæ humanitati quicquid iſtud eſt, committere, quàm me temera iudices. Vale.*

B O N O N I AE

AN. M. D. XLVI.

*Menſe Octobr.*